

prafon uocat: alii zoftera. alterum genus eiusdē: capillaceo folio simile fœniculo. i faxis nascit. Superius inuadit hand pcul littore. Verno utrunq; & iterit autūno. Circa cretam infulam nato in petris purpuris quoq; ificiunt. Laudatissimo a parte aquilonis: aut cum spongiis. Tertium est gramini simile: radice geniculata & caule: qualiter calami. Aliud genus fruticum byon uocatur filio lactuæ rugosiore tantum. Iā hoc in teria nascens. In alto uero abies & quercus cubitali altitudine. Ramis eorum adhærent conchæ. Quercu etiā tingi lanas tradunt. Glandem etiā quasdā ferre in: alto naufragiis hæc deprehensa urinātibufq;. Et aliæ tradūtur prægrandes circa Lycionem. Vitis enim passim nascitur. Sed ficus sine fronde: rubro cortice. Fit & palma fruticū generis: extra Herculis columnas porri fronde nascitur frutex: & alius lauro & thymo similis. qui ambo eiekti in pumicē transfigurantur. at in oriente mirum est statim a copto per solitudines nihil gigni præter spinā: quæ sitiens uocatur: & hanc raram admodū. In mari uero rubro siluas uiuere: maxie laurum & oliuam ferentē baccas: & cum pluat fungos: qui sole tacti mutātur i pumicē. Fruticum ipsorū magnitudo tenorum est cubitorum caniculis referta: uix ut respicere e nauis tutam sit ramos plerunq; ipsos inuadentibus. Qui nauigauere i Idos Alexandri milites frondē marinarum arborum tradidere i aqua uiridem fuisse: exēptam sole protinus i salē arefcentem: Iucos quoq; lapideos perq; similes ueris per littora: & i alto quasdā arbusculas colore bubuli cornus ramosas & in cacuminibus rubentes: cum tractarent uitri modo fragiles. in igne aut ut ferrum exardescentes: restinctis colore suo redeunte. Eodem in tractu ifularum siluas operit æstus q̄q; altiores sint plantanis populisq; altissimis. folia laurea: flos niolæ: & odore & colore. Baccæ ut oleis: & ipsæ odoris iucūdi autūno nascentes: foliis nunq; deciduis. Harum minores totas integit mare. Maximaq; cacumina extant: ad quæ naues religantur: & cum decesserit æstus ad radices. Alias quoq; arbores in alto ab eisdem accepimus eodem in mari uisas: semper folia retinētes. Fructum earum lupino similem: luba tradit circa troglodytarum infulas staticem in alto uocari isidos plocamon corallio simile sine foliis præcisum mutato colore in nigrum durefcere. Cum cadat: frangi. Item alium qui uocetur charitoble pharon effiacem in amatoriis. Spathalia eo facere & monilia: fœminas. Sentire eum se capi: durariq; cornus: modo & hebetare aciem ferri. Quod si fefellerint infidiæ i lapidem: transfigurari.

CAI PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XIII.

In Quo Fructiferae Arbores traduntur.

PROOEMIUM.

**Q**uæternæ arbores indociles: quæ nasci alibi q̄ ubi cœpere: & quæ in alienas nō cōmeant terras hætenus fere sunt. Licetq; iā de cōmunibus loqui quarū omniū pecularis patens uideri potest italia. Noscentes tantū meminerint naturas earū a nobis interim dici: nō cultures. Quāq; & colēdi maxia in natura portio: ē. Illud satis mirari nō queo iterisse quarundā memoriā: atq; ēt noīum: quæ auctores p̄didere notitiā. Quis. n. nō cōicato orbe terrarū: maiestate romāi iperis: p̄fecisse uitā putet commercio regi: Ac societate testæ pacis: oīaq; etiā quæ occulta ante fuerant i p̄miscuo usu facta. At hercule nō reperiuntur qui norint multa ab antiquis prodita: t̄m̄ priscoꝝ cura fertilior: aut industria scelictior fuit: ante milia annoꝝ: iter principia litterarū. Hesiodo p̄cepta agricolis p̄dere orso: subsecutisq; nō paucis hāc curā eius: unde nobis creuit labor. Quippe cum requirēda sint non solum postea inuenta: uerū etiā ea quæ inuenerant prisca defidia rerū internitione memoriæ iducta. Cuius somni causas q̄ alias q̄ publicas mundi inuenerit. Nimirū alii subiere ritus. Circaq; alia mentes hominum derinentur & auaritiæ tantū artes colunt: antea iclusis gentiū iperis itra ipsas. Ideoq; & ingeniis quadā sterilitate fortunæ necesse erat ai bona exercere Reges inumeri honore artiū colebātur: & in ostentatiōe has præferebant: opē & immortalitatem sibi per illas prorogari arbitantes. Quare abundabāt & præmia & opeuitæ. Posteris laxitas mundi & rerū amplitudo dāmo fuit: postq; senator censu legi cœptus iudex fieri censu magistratū ducemq; nil magis exornare q̄ census: postquā cœpere orbitas i auctoritate summa & potentia esse: captatio i quæstu fertilissimo: ac sola gaudia in possidēdo: pessum iere uitæ prætia omnesq; a maxio bono liberales dictæ artes in cōtrariū cecidere: ac seruitute sola profici cœptū. Alius. hāc alio modo: & in aliis adorare: eodem tamē habendi quæstu ad spes hominū tendente uoto. passim uero etiā egregii aliena uitia q̄ bona sua collere malle. Ergo hercule uoluptas uiuere cœpit: uita ipsa defuit. Sed nos oblitterata quoq; scrutabimur. Nec deterrebit quarundā rerum humilitas: sicut nec i animalibus fecit. Quāq; uidemus. Virgiliū præcellentissimū uatem eadem causa hortorū dotes fugisse: etiā tisq; quæ retulit flores modo rerū decerpisse. Beatū scelicq; gratiæ quindecim oīno generibus uiaz nominatis: tribus olea: totidē pyrorū: male uero tantū assyrio. cæteris oibus neglectis. Vnde autem potius incipiemus q̄ a uitibus. Quarum principatus in tātum peculiaris italiæ est. ut uel hoc uno omnia gentium uicisse q̄q; odorifera possit uideri bono: q̄q; ubicūq; pubescentium odori nulla suauitas p̄fert.